modo permisso ad solvendum succubiturus, ac pro re aliqua principali,
ea permissio non completa complenda Generosi Nobiles Czajkowskie
liberis suis non stantis stantiendis [illegible] existens memorata
Recognoscens Generosa Rzesowiczowa, cum suis posteris ad Instan-
tiam Generosorum Snosonem Krasnolich Coniugum Donatariorum
suorum, sive eorum posterorum ad Officium praesens Castrense Ca-
pitaneale Ardmisliense Citatione recepta supraescripto quo-
ad respondendum, specialiter mediante semper in primo Cita-
tionis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere re-
spondere damna praeacta Terrestria luere, Inscriptioni
praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebi-
tur, ac suos Successores ad ea omnia inscribit et obligat per
illum primum Terminum et alios omnes exinde consequentes
Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios veluti in firmita-
te pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Re-
gnum servitio militari ad munimenta ad fautorem vel alio quibusvis
dilationibus et collegatibus impedimentis non differen-
do, ad Quietationem praetextu vel circa proximos Officii praesentis Castren-
Capitanealis Ardmisliensis Terminos dilationem aut non reci-
piendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutione faciendo,
do, ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel implicatis exceptioni-
bus, suspensionibus fatalis iuris Inscriptione Terrestri bello Conven-
tioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugi-
endo, nec modo alio quovis evadendo, Ita sua praesenti personali
cognitione ad praemissa mediante.

Vigore Laudi et Sabbatho ante Festum
Sancti Casimiri Confessoris proximo, 2/III
anno Domini, Millesimo, Sexcente-
simo, Sexagesimo, Nono, 1669
Siedliska Przymatowi Donat.

Comparens personaliter coram Officio, et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gnosa Marianna Stecka primarum olim Gnosi Adami Krynicky ad praesens secundarum nuptiarum Gnosi Casimiri Dzieduszycki Consors legitima, cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis, et Generosi Clementis Steckali fratris sui germani assistentia, et consensu ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Iuri vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa suo et Generosorum Stephani et Andreae Krynickich, olim memorati Gnosi Krynicki se cum Recognoscente procreatorum filiorum suo quorum ratihabitione cavet et se sponden inscribit nomine, bona sua et praefatorum Generosorum Krynickich filiorum, propria et haereditaria, nempe totas et integras sortes in bonis villae Ohnilki, in Palatinatu Russiae Terra vero praeden Premislien iacen, et consisten, a Generoso Nicolao Zawisza, olim Generoso Adamo Krynicki, et sibi Recognoscenti Mariannae servien, excepta sorte Nobilis Andreae Zawisza, in eisque bonis Ohnilki consisten, quod sub nexum Inscriptionis praesentis cadere non debebit, cum fundo et solio ab eadem sorte cumque omni possessione Iure dominio proprietate haereditate, titulo haereditario, cumque omnibus et singulis bonorum et sortium in praefata villa Ohnilki existen, utilitatibus, fructibus proventibus, redditibus commoditatibus et emolumentis, obventionibus, item agris, pratis campis

1209 ~~1305~~

pascuis, hortis, pomarijs, sylvis, boris, gais, nemoribus, indaginibus, rubetis, virgultis, vepretibus, mericis, stagnis, magnis et parvis piscinis, piscinulis, torrentibus, aquarum decursibus, molendinis, tabernis, horreis, hollodijs, structuris, aedificijsque quibusuis, apibus, apisterijs, aquam melli ficijs, sepibus, sepimentis, quibusuis, nec non subditis, Cmethonibus, hortulanis, Inquilinis, alijsque quibusuis Incolis, tam in eisdem bonis, et sortibus villis ..ndum existentibus et ibidem residentibus, quam alio pro Regis, quorum regerendorum salua supra scripto Donatario per praesentem conceditur facultas, eorumque subditionem laboribus, censibus, clationibus, ceteris munijs, officijs et obsequijs quibusuis per eosdem aban: tigeis praestari solitis, theloneisque quam aggeralibus quam generaliter universis, nec non cum Iure patronatus praesentationem, et sortis quorumuis beneficiorum, tam Romanae, quam Graecae Religionis nullis penitus exceptis, nec per se Recognoscentem, suisque Successoribus, aut quoquam alio reseruatis et exclusis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem, et econtra in nullo derogando, uti rem ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum et sortium haereditas, se in suis metis et limitibus extendit, et protendit, et prout eadem bona et sortes ipsamet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsamque concernebant, ac eidem legitime seruiebant, tam ex nunc et de facto Generoso Alexandro Przymata et ipsius Successoribus dedit donauit, inscripsit et resignauit, prout praesenti dat donat, ac titulo purae meae ac irreuocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et in aeuum, irreuocabiliter, nec non de omnibus generaliter iuribus, Inscriptionibus, Chyrographicis, memorialis, Contractibus, Priuilegijs, literis quantiscunque, aeque alijs quibusuis Dispositionibus, processibusque ad eadem bona se se referentibus

in per

in personam eiusdem Generosi Przymata Donatarij sui eiusq
posterorum totaliter et plenarie cessit, et condescendit, prout
praesenti cedit et condescendit, omneq et integrum ius sibi ad praemissa
serviens in personam praefati Donatarij sui, ipsiusq Successorum, trans:
fert transfundit, et incorporat praesenti, in quas quidem bona ac sortes
supraseriptas praesentium per se Recognoscentem, modo praemisso donatas
et resignatas, Jam ex nunc et de facto eadem Generosa
Marianna Credzińska Recognoscens praefato Gnoso Alexan:
dro Przymata Donatario et Cessionario suo, eiusq Succe:
ssoribus, coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromi:
ssionem, et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem
quemcunq competentem, et Nobiles duos, die quacunq voluerit Officiose
acceptandam, Per ipsum Generosum Przymata Donatarium
et Cessionarium suum, et eius Successores, haec eadem bona
et sortes praenominatas donatas, praemissaq omnia praesenti
condescensa, cum omni iure dominio, proprietate haeredita:
te, competentiaq et praerogativa quavis tenendi habendi et possi:
dendi, illisq quiete et pacifice uti fruendi, ac ad suos usus suorumq
Successorum quosvis beneplacitos usus fructos libere et effe:
ctualiter convertendi, perpetuo et ad aeternis temporibus,
debetq et tenebitur memorata Recognoscens Generosa Cie:
ślińska, prout se ac suos Successores, in et super bonis
suis generaliter omnibus, summisq quibusvis pecunia:
rijs habitis et habendis suprascripto Generoso Przyma
ta Donatario suo, et ipsius Successoribus inscribit et obli
gat praesenti, ipsum et eius Successores, in dictis bonis et sor
tibus praesentium donatis, et ratione eorundem omnium, ab omni
et quavis impetitione Iuridica, quarumcunq personarum
cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusvis existentium
evincendi per omnes praetensiones Terrestres

Prout ad quamlibet personam Perrestris spectat et pertinet praescripto in omni Iudicio et Officio Regni semper propriis quo:rius expensis laboris, nec non defendere eximere intercedere, et li:berare, indemnemque eum posteris reddere, nec non Iude eadem bona praefata seu sortes praedictas resignatas, ab omnibus in genere Iuri:bus et inantionibus quondam et posterioribus, super eis:dem bonis, seu sortibus pendentibus per se Recognoscentem donatis cuicunque personarum, modo quovis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis citationibus super eadem bona, et sortes prae:missaque omnia praedicta donata importatis et importandis, Luctis denique et perlatis processibus Iuris quibusvis, in quocunque pun:cto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praefatis bonis seu sorti:bus, praemissisque omnibus praedictis donatis et resignatis modo quo:vis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam, [illegible] bonorum seu sortium praefatarum praedictarum resignatarum, dum per Ministerialem, et [illegible] Officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem posses:sionem et usumfructum praemissorum omnium et singulorum, quovis mo:do tam per se quam per suas quasvis submissas et subordina:tas personas non impedire nec adimere, ipsumque Donatarium suum ac eius Successores, in dictis bonis, et sortibus praedictis resignatis praemissisque omnibus, tam in toto quam in parte nullo modo iniuriari, ita ut eadem bona, seu sortes donatas praemissaque omnia praedicta con:descensa, cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus, is idem Donatarius suus, suis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donatoriae vigore tenere habere et possi:dere queat, illisque uti frui possit perpetuo et in aevum irrevo

cabiliter

cabiliterq[ue]. Idq[ue] sub damnis Terribus, simpliciter absq[ue] Corporali
Juramento taxandis et edicendis, per eandem praefatam Recogno
scentem Generosam Liedlisska sive illius Successores, praefa-
to Generoso Alexandro Szymata Donatario suo, et eius
Successoribus ob non completionem praemissionem omnium, et singulo-
rum tam in parte quam in toto rei praemissorum operis plenio ad solven-
dum succumbendis. Nihilominus eadem suprascripta Reco
gnoscens Generosa Liedlisska debebit et tenebitur prout se ac suos
Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisq[ue]
quibusvis pecuniariis habitis et habendis, inscribit et obli-
gat praesentibus, suprascripto Donatario suo, eiusq[ue] posteris
suprascriptos Generosos Stephanum et Andream Krzynickich
filios suos, cum praefato olim Generoso Adamo Krzynicki procre-
atos, postquam adoleverint, vel in Eventu mortis Successores
illorum ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem
Donationiam, vel similem suo pro interesse faciendam ad acta
quaevis authentica Regni vim perpetuitatis habentia statuere
et personaliter adducere, ab eisq[ue] vel eorum posteris ut
praemissa debite exequantur efficere. Praeterea vero Evictionis de-
bebit et tenebitur eadem Recognoscens Generosa Liedlisska
prout se ac suos Successores, in et super bonis suis genera
liter omnibus, summisq[ue] quibusvis pecuniariis habitis et ha-
bendis inscribit et obligat praesentibus praefatum Generosum Szy-
mata Donatarium suum et ipsius Successores, ab omni et qua-
vis impetitione Juridica quarumcunq[ue] personarum cuiuscunq[ue]
Conditionis status et sexus quibusvis earis(?)tend, ex re perso-
na et occasione eorundem Generosorum Stephani et An-
dreae Krzynickich, filiorum cum praefato olim Generoso Adamo
Krzynicki marito suo, legitime procreatorum, evincendo.

in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq[ue] eum prorsus reddere, idq[ue] sub similibus damnis terrestribus, simpliciter absq[ue] corporali Juramento taxandis et edicendis per eandem praefatam Recognoscentem Generosam Pedlishka, sive eius posteros, praefato Generoso Przymata Donatario suo, sive eius Successoribus, ob non Evictionem, praestationem, statuitionem, postquam adoleverit, vel in fuerit mortis Successorum illorum ad exequenda praemissa, pro tempore et loco superius expressis. Tum non complationem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbit. Pro quibus quidem damnis terrestribus simpliciter absq[ue] Corporali Juramento taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum succumbit praefata, aliqua statuendis non ita tenens, ac re aliqua principali ex praemissis non completa comperta finita existens praefata Generosa Pedlishka, sive eius posteri, ad instantiam praefati Generosi Przymata donatarii sui, sive eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Oswiecimense, statim recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, damna facta terrestria lucere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum primum terminum, et alios omnes exinde consequentes, pro ijsdem terminis semper peremptorijs, quavis infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione in Regno vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad cuique rem, vel alijs quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem, praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Oswiecimensis terminos dilationem sibi non recipiendo, speciali submotione

motiones, appellationes ac earum prosequutiones faciendo,
ac omissa omnia generis simplicibus vel duplicantis evasionibus
suspensionibus facultate Juris, protestatione Terrestri bello Con-
ventione neque ac aliis quibusuis Juris remedijs se defensionis nun-
sub terfugiendo nec modo alio generis evadendo, Quae vera
praesens personali Recognitione ad omissa mediante.

Inter Bielkwiecki et Coniuges et Przymała Roboratio

Comparentes personaliter coram Officio et actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Alexan-
der Przymała ab una, et Joannes Casimirus Bielkwiecki atque
Marianna Siedliska, primarum olim Generosi Adami Krz-
nicki, ad praesens secundarum nuptiarum eiusdem Generosi
Bielkwiecki Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui autho-
ritatis Coniugalis assistentia, sani mentibus et corporibus exi-
stentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus quibus-
uis aliis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo
ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus, realiter et plenarie incorporando atque
subijciendo palam libere publiceque et expresse recog-
noscentes, et quilibet illorum seorsiue suo priuatim esse
recognouit. Quia ipsi et quidem praefata Generosa Mari-
anna Siedliska primi uoti olim Generosi Adami Krz-
nicki, ad praesens vero secundarum nuptiarum Bielkwiec-
ka, cum eiusdem mariti sui ex Generosis Coniugalis autho-
ritate et assistentia, et ex altera ad infra recognoscenda con-
uentione sibi mutuo et invicem una pars alteri ac e converso
partis, se ac suos Successores in et super bonis

suis